



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

21 Nemo adulteratur vt fiat adulter.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

maritum & vxorē. quinimodò nec maritis licet alias consecrari mulieres, nec Episcopis licet ad alias transire ecclesias, quia violatèr ambo id est Episcopi & mariti ius coniugale; hi quidem carnale, illi autem spirituale; hi propter libidinem, illi propter vel auaritiam vel ambitionem vel etiam leuitatem. qui adulterantur nunquam propterea adulteratùr vt violent coniugium, sed vt suis indulgeant cupiditatibus, ex quibus tamen ista coniugij violatio per sese necessariò consequitur & cõcomitur etiam inuitos. Synodus illa Sardicensis (vt & alij plerumque solent legumlatores ecclesiastici) causas quidem posuit quibus ipsimet Episcopi priuatim impelluntur ad suas ecclesias deserendas & ad alias occupandas; attamen quantum præterea scelus illæ causæ priuatae secum trahant respectu ipsarum ecclesiarum seu quoad publicum ecclesiæ bonum impediendum, non minus reliquit vnicuique considerandum. quid Episcopi spectarent exprimentum erat, quid hinc sequeretur incommodi publici sponte sua & per sese satis intelligebatur. Falsum præterea est quod ibidem Duarenus addit, primi canonis illius è Sardicèsi concilio prolati partem duntaxat posteriorem extare nostris in decretalibus, nempe c. 2. de elect. quando quidem prior quoque canonis illius pars extat in c. 1. de cler. non residentibus, nimirum hæc, non liceat episcopo de ciuitate sua transire ad aliam: manifesta est enim causa pro qua facere hoc attentat; cùm nullus sit

21

Nemo adulteratur vt fiat adulter.

22

Adulterium spirituale se qui trahit ex ambitiosa vel auara Episcoporum commigratione.

23

Causam illam que priuatim Episcopos mouet ex concilio

uicinus